



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

1. In supremo militantis &c. Jubilæum Universale, ad implorandum
Divinum auxilium initio Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ
Catholicæ regimine.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

que sanctorum vitæ monita, atque præclara bonorum operum exempla sumere possent. In deligendis iis, qui ad Reipublicæ munera, & Ecclesiasticas Dignitates assumi deberent, conditionem, mores, literaturam, & merita cujusque morosissime pensabat, nullisque humanis rationibus ad ea immerentibus, aut minus idoneis deferenda se insecti unquam passus est. Temporis momenta ita distribuerebat, ut maximam partem orationi, & curis Apostolici Ministerii, minimam somno, modicam aliis vitæ necessitatibus, nullam penitus otio impertiret.

Creavit Cardinales LXX., ac inter eos Archiepiscopum Tarfensem MICHAELEM ANGELUM DE COMITIBUS, qui illi in Pontificatu successit, assumptoque INNOCENTII XIII. nomine, modò Catholicam Ecclesiam sapienter æquè, ac feliciter moderatur. Eluxit in eo Subditorum utilitates, & commoda, Urbisque splendorem amplificandi perpetuum studium, in excipiendis Supplicum votis clementia singularis, in publicis expediendis negotiis indefessus labor, in sublevandis egentium necessitatibus inexhausta beneficentia, in Apostolica Sedis auctoritate, & juribus propugnandis robur invictum. Frugaliter in se, parcus in suos, liberalis in alios, literarum potissimum, bonarumque artium Professores, quos in pretio habuit semper, & usque ad obitum benigno fovit patrocinio: numquam elatus prosperis, nec fractus adversis: justitiæ, pietatis, doctrinæ, aliarumque Romano Pontifice dignarum virtutum laudem ab ipsis etiam Romani Nominis hostibus obtinuit.

Gravi demùm, brevissimoque consumptus morbo, omnibus Ecclesiæ Sacramentis summâ religione perceptis, vivere desit die 19. Martii 1721. Qua quidem die BEATISSIMÆ VIRGINIS SPONSO S. JOSEPH consecratâ si mortem oppetere sibi contigisset, id maximi beneficii loco se habiturum fuisse vivus adhuc, & valens dicere confueverat; nam hausto à Majoribus exemplo per omnes ætatis suæ gradus cultui ejusdem Sancti Patriarchæ addictissimus fuit: quin etiam Illius novo ex idoneis Sacræ Scripturæ verbis composito Officio, quod Romano deinde Breviario insertum est, veterem Fidelium erga ipsum Sanctum devotionem confovere, majoremque in modum augere studuit. Compos itaque justissimi voti factus, post triduum consuetarum novendialium Exequiarum, in Basilica Principis Apostolorum temporario tumultu mandatus fuit. Statim ab ejus obitu Romanorum, Exterorumque pietas adeò se in Illius venerationem effudit, ut frequentissimi ex utroque sexu homines per omnia ferè diurni temporis momenta ad præfatum tumultum genibus flexis orantes conspicerentur. Die verò 18. Martii Ann. 1722.; felicis ejusdem in Domino obdormitionis pervigilio,

cum Cadaver à memorato loco ad Conditorium, quod sub Choro Basilicæ, juxta humile Illius votum, curâ & sumptibus ANNIBALIS Cardinalis ALBANI, S. R. E. Camerarii, ejusdem Basilicæ Archipresbyteri, prædictique Pontificis ex germano Fratre Nepotis constructum fuerat solemnî pompâ comportaretur (cui quidem translationi omnes, quotquot Romæ degebant, Cardinales, duobus exceptis agritudine impeditis, interfuerunt) tantus populi ad ipsam Basilicam concursus factus est, ut Urbs penè tota ad recolendam, venerandamque extincti Pontificis memoriam confluisse videretur. Alii porrò Feretrum manibus, vel saltem precatorii coronis attingere, alii lachrymis, precibusque illud comitari, ac obire, alii demùm Sepulcri recens disjecti, quo eòusque oclusum fuerat, camenta, fractorumque laterum frustra certatim arripere nitebantur, virtutum, ac meritorum Defuncti famâ permoti, quæ sanè, glorificante Domino Servum suum, amplioribus in dies incrementis augetur. Vixit annos 71. mens. 7. dies 25. Sedit ann. 20. mens. 3. dies 26.

Pars prima continet Bullas, Constitutiones, Chirographa & Brevia Memorabilia à CLEMENTE XI. PONT. MAX. edita ac promulgata.

JUBILEUM UNIVERSALE

Ad implorandum Divinum auxilium initio Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

IN supremo militantis Ecclesiæ Solio per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, meritis licet imparibus, collocati, dum Pontificiarum curarum molem humilitati, atque infirmitati nostræ impositam, si unquam alias, nunc certè inter tam gravia imminentium bellorum discrimina, aliisque plurimas rerum, ac temporum difficultates, maximè onerosam contuemur, crebra ex imo corde suspiria, & uberes ex oculis lachrymas fundere cogimur, ingenti sanè pavore correpti, ne in altitudinem maris delati, surgentibus undique tempestatum procellis obruamur. Quamvis verò in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se confandi non patitur, spem nostram collocantes, omnem pro salute commissi Nobis Dominici gregis laborem alacriter subire parati sumus, nec non pro eo, quo publicæ quietis custodiendæ desiderio tenemur, quicquid in Nobis est virium, atque consilii, in id conferre studeamus, ut Principum Christianorum animi, sublati omnibus illis, quæ concordiam turbare possent, arctiori, atque indissolubili charitatis vinculo jungantur; attamen quia vani sunt hominum conatus, nisi gratiæ cælestis ope adjuvantur, ad ves-

ANNO
1710.

I.

Exordium.

Bellorum inter Christianos Principes imminentium pericula narrat.

trum

trum omnium, quibus nostra impendenda est sollicitudo, orationes confugimus, ut exoratus concordibus fidelium precibus Dominus, qui dat laeso virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat, det Nobis sedium suarum assuetam sapientiam, populumque suum optata cumulet letitia tranquillitatis. Hæc autem, ut ferventiori charitate, majorique fructu fiant, præsum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum morem sequentes, Ecclesiæ thesauros dispensationi nostræ creditos proferre, & liberali manu erogare decrevimus.

Plenariam
Indulgentiam
elargitur
adimplendis
operibus
hic in
dicta.

§. 1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis & singulis utriusque sexus Christianis in Alma Urbe nostra degentibus, qui solemniter Processioni, quam feria quarta proxima hebdomadæ, quæ erit tertia Dominica Quadragesimæ, à Cappella publica Patris nostri Apostolici in Vaticano ad Basilicam Principis Apostolorum unâ cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit; ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælati quoque, & Officialibus ejusdem Curie, universonque Clero, & Populo benedicente Domino ageamus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proxime subsequenti hebdomadæ, saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quarta & sexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam, reverenter sumperint, ac pauperibus aliquam elemosinam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint; cæteris verò extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officialia, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursurarum saltem semel visitaverint ibique, ut supra, oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam, Sanctissima Communionem recepti fuerint, & pauperibus aliquam elemosinam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

§. 2. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, superscriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, vel regulari-

bus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequeverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi penitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Insuper omnibus, & singulis Christianis utriusque sexus, tam laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe præfata, quam extra eam, ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam secularem, quam cujuscumque Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa laicis, seu inflicis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cæne Domini legi solius contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones: quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 3. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientie districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel is deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 4. Non intendimus autem per præsentia super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie; neque etiam easdem præsentia iis, qui à Nobis & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existentis reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum & facultatum hujusmodi concessiones,

Facultatem
concedit
eligendi
Confessarios,
quibus
permittere,
ut à se
servari
absolvere,
& vota
commutare
possint,
religionis,
& castitatis
exceptis.

Mandat præfatis
Jubileum ab
Ordinariis
ubi
publicari.

Declarat
Jubileum non
suffragari pro
irregularitate
publica,
vel occulta,
nec excommunicatis
& suspensis
publicè
denunciatis.

Derogat
amplissime
quibuscumque
contrariis.

siones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; necnon regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum praemissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Fide adhiberi decernit exemplis authenticis.

S. 6. Ut autem presentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem praesentium transcriptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv. Februarii MDCCI. Pontificatus nostri anno primo.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo primo. Indictione nona, die vero 25. Februarii, Pontificatus SS. D. N. D. Clementis Divina providentia Papae XI. anno primo supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Lateranensis, Vaticanae, & Liberiana, Cancellariae Apostolicae, Montis Cimatorii, Aeciae Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Gracum SS. D. N. PP. Curf.

Laurentius Crispallinus Curforum Magister.

E R E C T I O

Congregationis Sublevaminis pro Alma Urbe.

Prozium.

REverendiss. Cardinale Galeazzo Mariscotti. Fra le molte, e gravi cure, che e' occupano l'animo nel principio del nostro Pontificato, non è la minore quella del sollievo, e beneficio della nostra Città di Roma, non solo per quello riguarda il rinovare, promuovere, e far risorgere l'Arte dell'Agricoltura, d'onde può derivare sì rilevante beneficio all'istessa Città, la conservazione, ed aumento dell'Arti, che vi sono, e l'introduzione dell'altre, il facilitare il traffico, e negoziazione per mare, e per terra, il riformare, e togliere gl'abusi introdotti, ma ancora per quello riguarda il decoro, e stima del Senato Romano, il beneficio e sgravio della Camera Capitolina, e generalmente l'ottimo, e felice governo economico della medesima Città in tutte le sue parti. E benchè da nostri Predecessori per il buon regolamento dell'Annona, e Grascia, tanto in detta Città di Roma, come in tutto il nostro Stato Ecclesiastico siano emanate diverse Costituzioni, e specialmente da Sisto V. e Paolo V. di fel. ricord. in data delli 23. Marzo 1587., e delli 7. Maggio 1588., e delli 19. Ottobre 1611. rispettivamente e istituite à tal effetto diverse

Congregazioni, nientedimeno per la lunghezza del tempo, ò per la morte di quelle Persone, ch'erano state deputate, ò per altra cagione sono in poco uso, e quasi del tutto antiquate; Di qui è, che per conseguire con maggiore facilità il nostro intento unicamente diretto al pubblico bene, ed evitare la confusione, che per la molteplicità, e numero delle medesime Congregazioni potesse insorgere, abbiamo deliberato erigere, ed istituire una nuova Congregazione con sopprimere, & abolire l'antiche sudette; E perciò di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà Pontificia, sopprimendo, e abolendo l'antiche Congregazioni sopradette, erigiamo, & deputiamo una Congregazione degli Reverendissimi Cardinali Mariscotti, Spada, Pantiatici, Francesco Barberino, e di S. Cesareo Camerlengo, e degli Monsignor Telesforo Generale, Prefetto dell'Annona, Presidente della Grascia, Caffarelli, Origo, e Commissario della nostra Camera, e delli Marchese Antonio Santa Croce, Conte Alessandro Capizucchi, Urbano Rocci, e Tiberio Cenci, ò altri da deputarsi da Noi, Prefetto della quale vogliamo siate voi, Reverendissimo Mariscotti, e Segretario Monsignor Silvio de Cavalieri, con la facoltà di chiamarvi anco à vostro arbitrio, secondo, che richiederà la qualità delle materie, che dovranno esaminarsi, li Conservatori pro tempore della detta Città di Roma, li Consoli dell'Agricoltura, ed altre Persone; Trasferendo in detta nuova Congregazione tutte, e singole facoltà concesse, e contenute nelle sopradette Costituzioni di Sisto V. e Paolo V. ed altri nostri Predecessori, il tenore delle quali vogliamo per espresso nel presente Chirografo; e in oltre dando, e concedendo alla medesima nuova Congregazione per le cose sopradette, e secondo richiederà la necessità, ò utilità pubblica, le facoltà opportune di fare Editti, e Regolamenti per il sollievo della detta Città di Roma, e specialmente per ben regolare l'Agricoltura, Annona, e Grascia, e generalmente per ogn'altra cosa, che potesse riguardare il buon governo temporale economico di essa Città, e Popolo di Roma, e Camera Capitolina; Dichiarando, che le facoltà rispetto all'Agricoltura, Annona e Grascia s'intendano concesse anche per tutto il nostro Stato. Volendo, e decretando, che il presente segnato da Noi, benchè non ammesso, e registrato in Camera, secondo la Bolla di Pio IV. de registrandis nostro Predecessore, habbia il suo pieno effetto, e quel tanto, che farà dalla medesima Congregazione risoluto, debba avere l'esecuzione, non ostante tutte, e singole cose premesse, e qualsivoglia altra Costituzione Apostolica munita con qualsivoglia clausola, uso, stile, e consuetudine in contrario, alle quali, e qualunque altra cosa facesse, ò potesse fare in contrario, deroghiamo per l'effetto sudetto, essendo così nostra mente, e volontà deliberata. Dato dal nostro Palazzo Apostolico di S. Pietro in Vaticano questo dì 1. Febraro 1701.

Clamens Papa XI.

LITERÆ PROCESSUS

Publicatae die Cœnæ Domini Anno MDCCI.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam
rei memoriam

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ

Veteres Congregationes pro Annona regimine institutas aboler, & novam erigit.

Cui amplas tribuit facultates pro directione rerum ad Agriculuram, & Annonam, necnon ad œconomicum Camerae Capitolinae regimen pertinentium.

Exorditur ab obligatio-

pace,